

05

A

1533



36
1

EXERCITATIO BREVIS
PHILOLOGICA

AD

PSALMUM OCTAVUM,

Quam.

DEO assistente

PRÆSIDE

VIRO Præclarissimo atq; Excellentissimo,

DN. M. ANDREA SENNERTO,

Lingvarum Orientalium Professore Publico celeberrimo,
Dn. Præceptore, Patrono & Promotore omni observantia cultu ætatem suspiciendo,

In Illustri Academia WITTEBERGENSI,


Placidè examini publico submittit

DAVID Koeser / Kettinga

Bremensis Saxo.

Horis antemeridianis, in Collegio majori,

die 16. Aprilis.



WITTEBERGÆ

TYPIS JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVI.



EXERCITATIO BREVISSIMA
PHILOGOLOGICA
IN
PSALMUM CXXXV
AUCTOR
D. O. S. S. S.



05 A 1533



Psalms Octavus.

vers. 1.

מנצח על הגתיות מומר לרוד

5

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν λυγῶν ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

In finem pro torcularibus, Psalmus Davidis.

Victori super Haggithib, Psalmus Davidis.

Septuaginta
Vulgatus
Pagninus.

v. 2.

יהרה ארנינו מהגהור שמך בכל הארץ אשר תהנה
הורה על השמים :

1. κυρσε ὁ κύριος ἡμῶν ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ
γῆ 2. ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπεια σου ὑπεράνω τῶν ὀρατῶν

1. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen
tuum in universa terra. 2. Quoniam elevata est magnificentia
tua super caelos.

Jehova Domine noster, quam grande est nomen tuum in universa
terra: Qui posuisti gloriam tuam super caelos.

v. 3.

מפי עוללים וינקים יסרת עו למען צורריך להשבות
אויב ומתנקם :

3. Ἐκ στόματι νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω ἄνον, ἕνεκα
τῶν ἐχθρῶν σου καταλύσαι ἐχθρὸν καὶ ἐμδίμητην.

3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, propter
inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

Ex ore parvulorum & lactentium fundasti fortitudinem, propter ini-
micos tuos, ad compescendum inimicum & ulciscentem se.

v. 4.

כי אראה שמיך מעשר אצבעתיך ירח וכוכבים
אשר כוננתה :

4. Ὅψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελλωλι
καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας.

4. Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum,
lunam & stellas quæ tu fundasti.

Quum video caelos tuos, opus digitorum tuorum, lunam & stellas
quas preparasti.

v. 5.

מהאנוש כי תזכרנו ובן אדם כי תפקרנו :

A

5. τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι μνησθήσεται αὐτὸν, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου
ὅτι ἐπισκέψῃ αὐτόν.

5. Quid est homo, quod memor esse eius? aut filius homi-
nis, quoniam visitas eum?

Quid est homo, quod recorderis eius? Et filius hominis, quod visi-
tes eum?

v. 6.

וְתַחֲסֶרְהוּ מֵעַט מֵאֱלֹהִים וְכָבוֹד וְהָרַר תֵּעָרְהוּ:

6. Ἡλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλοις, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐσε-
φάνωσας αὐτόν.

6. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore
coronasti eum.

Siquidem deficere fecisti eum paululum ab Angelis, gloria & deco-
re coronasti eum.

v. 7.

הַמְשִׁילָהוּ בַמַּעֲשֵׂי יְדִיָּךְ כֹּל שֶׁתַּח תַּחֲרַגְלִיוּ:

7. Καὶ κατέστησας αὐτόν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου,

8. πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

7. Et constituisti eum, super opera manuum tuarum.

8. Omnia subjecisti sub pedibus eius.

Dominari fecisti eum operibus manuum tuarum, omnia posuisti
sub pedibus eius.

v. 8.

צִנְה וְאֵלֵפִים כֻּלָּם וְגַם בַּהֲמַת שָׂדֵי:

πρόβατα καὶ βόας ἀπάσις, ἐν ᾗ καὶ τὰ κτήνη τῶν πεδίων.

Oves & boves universas, insuper & pecora campi.

Pecudes & boves, universa ipsa, & etiam bestias agrestes.

v. 9.

צְפוּר שָׁמַיִם וְרַגְלֵי הַיָּם עָבְרוּ אַרְחוֹת יָמִים:

9. Τὰ πετεινὰ τῆς οὐρανοῦ καὶ τὰς ἐχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ ἀγ-
πορευόμενα τρίβοις θαλασσῶν.

9. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semi-
tas maris.

Volucres cæli, & pisces maris, & quicquid transit semitas maris.

v. 10.

יְהוָה אֲרַנֵּנוּ מִהָאָרֶץ כֻּלָּהּ:

Explicatio interpretum coincidit cum v. 2.

Expla-

Explanatio Philologica

Ad

Psalium Octavum.

Vers. 1.

פנצח Pagninus *Victori*) cum quo consentit Arias Mont. LXX. reddunt, *εις τὸ τέλος*. Vulg. in finem. Gesner. ad Ps. VIII. ad continuandam. Rectius verò Tarnov. ad *Ps. hunc. § IV.* præfecto Musicorum, ut etiam ad Ps. IV. explicat Gesnerus, asserens voculam hanc designare inspectorem vel moderatorem, à פנצח vicit, superavit, præfuit, &c. hinc particip. פנצח præfectus; ut ita ל Dativi nota videatur esse; Quæ sententia probabilior videtur esse ex his fundamentis 1. Quia significatio hæc respondet suæ radicis significationi, prout ex præcedentibus patet, nec non vulgaris est in Scriptura, quod patet ex concordantiis Ebrais. 2. Quia correspondere videtur fidei historice. Certum enim est (quod vel ex *1. Paralip. XV. cap. patet conf. Joseph. antiq. Jud. lib. VII. cap. XI.*) fuisse à Davide musicorum institutos choros, eosdemque distributos in certos ordines, assignatis cuilibet præfectis suis; quorum officium diserte exprimitur, *c. l. v. 21.* voce פנצח. 3. Addunt alij certis instrumentis certos quoq; præfectos seu directores præfuisse, quod pateat ex Psalmorum titulis. vid. *Psalm. 4. 5. 6. &c. conf. Tarnov. in Psalmos.*

על-הגתור, *super Haggithith*) B. Lutherus, Arias Mont. Vatabl. in notis ad Ps. hunc, Oslander, Gesnerus consentiunt, LXX. & Vulg. explicant, *pro torcularibus*; existimat autem Drusus, quod quidam ex priscais Ebrais legerint, *Gethboth*, indeq; manasse errorem, quod positum sit vocabulum ambiguum, quod diversimodè à commentatoribus explicatur, nam Geth significat torcular, & oppidum eo nomine, & instrumentum, quo ex uvis vinum exprimitur. vid. *Drus. lib. 1. Animadv. p. 49.* Bellarminus etiam seductus à Vulgato & LXX. existimat rectius scribi על-הגתור. Isti autem sunt seducti corrupto procul dubio omni uno vel altero codice. Cum verò hodie omnes codices Hebræi constanter legant על הגתור Bellarmino cum asseclis ejus fidem dare non possumus. Varias opiniones,

A 3

quod

quod significationem nempe nominis ejus concernit, recenset Tarnov. Psalm. Passional. p. 3. ut & Gesnerus super h. Ps. p. 82. nempe, quod aliis *Gittbith*, sit certum melodiae genus, aliis cantilenae; deinde secundum nonnullorum opinionem ita etiam hic Psalmus inscribitur *Gittbit*, quod in honorem Dei tempore vindemiae decantatus fuerit, vel quod de torculari spirituali seu ministerio Evangelij in vinea Ecclesiae sit intelligendus. Enim verò verior opinio illa videtur, quae proponitur à Tarnov. l. c. p. 3. & 4. Quando censet *Gittbit* esse nomen instrumenti, in oppido nobili Gath inventi, indeque abducti, quo decantaretur hic Psalmus, cum aliis nonnullis. Unde Chaldaeus Paraphrastes, *ad cytharam advectam ex Gath*, sicut & Megalander noster Lutherus habet: Ein Psalm Davids für zusingen auff der Githith / consentit cum Tarnov. Vatablus in notis ad h. Ps. Hic probè notetur, quod tres omninò Psalmi hac inscriptione sint nobiles, praesens VIII. LXXXI. למצח על-הגתית לאספה & Ps. LXXXIV. למצח על-הגתית לבני קרח מזמור: vid. Trem. in notis ad Ps. 8. v. 1.

מזמור לריוה, *Psalmus Davidis*) prout aliàs radici suae conformatur, quod ad significationem ejusdem, notat id cujus membra sunt concisa, singulari curâ amputata, Rad. enim est זמר id est, *amputavit, praecidit*, quod de vineis seu vitibus potissimum dicitur. In Pihel significat *psallere*, & instrumentis musicis adhibere modulationes artificiosas, certis caesuris & numeris incisas. Alij volunt מזמור etiam Psalmum instrumentis musicis artificiosè decantatum denotare, referente Tarnov. ad Ps. III. p. 65. 66. conf. Buxt. Lex. De hoc & similibus titulis egregiè Hieronymus in praem. in Psalm. *Quid est titulus nisi clavis? Ut in domum non ingredimur nisi per clavem, ita etiam unius cujusq; Psalmi intellectus non nisi per clavem, hoc est, titulum, patet.* Verba לריוה, indicant, quod David sit Autor hujus Psalmi, qui quoq; vocatur, הגבר נעים זמירות, Vir jucundus Psalmis Israeli, 2. Sam. 23. v. 1.

ו. 2. יהוה ארנינו, *Jehova Domine noster*) LXX. κύριε ὁ κύριος ἡμῶν. Tarnov. Jehova Dominus noster. Osiander ut & Arias Mont. Domine Dominus noster, B. Luther. Herr vnser Herrscher. Vox autem *Jehova* est à Rad. הוה, *fuit*, inde particip. הוה &

& יהוה, *Ens, existens quasi dicas* Et licet LXX. explicarint hoc
vocabulum per *κύριος*, non tamen inde superstitione Judæorum
potest probari, quod nimirum abstinerint per omnia ab hujus
vocis & scripture & pronunciatione, cum neq; sua lingua scri-
bere, neq; enunciare satis valuerint. In Ecclesia Christiana quo-
que ferè per vocabulum *Dominus* fuit reddita vox Jehova, usq; ad
Petrum Galatinum ipsam vocem Ebraicam retinentem; hinc
quoniam à Rad. יהוה est venitq; rectè existimamus eum alijs, ab
essentia hoc nomen deductum esse, cum Deus & sit, & ad esse o-
mnium creaturarum insimul faciat; optime quoq; hoc nomine
porro denotatur Dei æternitas, quia ille verè est, qui æternus est;
independentia, ille enim verè est, qui à se ipso est; efficacia,
nam à Deo sunt omnes creaturæ, ut jam modò dictum; veraci-
tas, quia promissa ab æterno lata servavit, & adhuc servat. Vid.
Conf. pl. Sixtin. Amam. in Antibarb. Bibl. Dissertat. de voce יהוה
p. 476. ut & Buxtorff. Lexic. Habuimus vocem יהוה sequitur in
textu ארנונו, quod est nomen plurale à sing. ארן, quod & basin
seu fundamentum notat. Tribuitur hoc vocabulum Deo, &
quidem absolutè, quando desinit nempe in (-) etiam extra pau-
sam, nonnunquam verò tribuitur etiam creaturis, sed tum non
desinit in - verum in (-) præterquam in pausa, ubi & hic subin-
de est (-) Cum v. hæc vocula tribuitur Deo, sensum habere vo-
lunt aliàs singularem, Vid. Sixtin. Amam. in Antibarb. Bibl. p. 509.
At enim non tamen videtur præterundum hinc, quod in hisce i-
psis vocibus mysterium quoddam lateat singulare, pluralis enim
numerus construitur cum singulari, quali dicas, Jehova Domini
nostri, sicq; ad Deum translatum notat pluralitatem personarum,
idemq; hic adeò asseritur de voce hac ארנינו, quod alias Excell.
Dn. Praeses de voce אלהים, in Diatriba de hac voce, in primis quæst. 10.

מה-אדיר שמה. *Quam grande est nomen tuum*) Arias Mont.
Quam illustre est nomen tuum, LXX. ως θαυμαστόν τὸ ὄνομα σου.
Vulg. & Osiand, quam admirabile est nomen tuum. Quem ser-
monem David non ita simpliciter proferit, sed, quo auditorem
& lectorem ad attentionem excites, ideò duplici ornat figura,
admiratione sc. & exclamatione; nimirum quando miratur hoc
nomen magnificentum, & deinde præ summo gaudio & animi hila-
ritate

ritate erumpit in verba supra notata. Vid. Gesner pag. 83. Tarnov
Psalm. Passio. p. 10.

שָׁן תְּנָה הַדָּן. Qui posuisti gloriam tuam) LXX. ὅτι ἐπιήρ-
θη ἡ μεγαλοπρέπεια σου. Vulg. quoniam elevata est magnificen-
tia tua. Arias Mont. Quod des laudem tuam. Osiand. Qui das
gloriam tuam. Tremell. cui exponis decorem tuum supercœle-
stem; Hæc verba adeò vel explicantur in infinitivo (est enim תְּנָה
infinitivum, quod sub hac formâ semel tantùm occurrit h. l. pro
תָּן quod est pro תָּן irregulari, vel ἀναλόγω [תָּן] vel item [תָּן] da-
re) quatenus nimirum hic ponitur pro præterito, ut dare decus,
laudem, pro dedisti; vel in præsentii, das, seu ponis. Similia (poste-
riori sc.) exempla habemus Prov. XII. 6. תָּן יִסְדִּינִי insidiari sangui-
ni, pro insidiantur, & Jer. 14. v. 5. יִלְרִינִי יִלְרִינִי Vid. plur. Glasß. lib. 3.
Phil. S. p. 360. Sensus itaq; horum verborum est, non ut Rabbinii
volunt (verba ferè sunt, vel certè mens ipsa tamen Dn. D. Tarno-
vij p. m. Exercit. Bibl. pag. 374. confer. Gesner. pag. 83. 84. super hunc
Psalm.) cœlum non habere materiam mutabilem, neque
quæ Dei gloria, neque quæ DEO ut gloria danda, nec qua-
lis ejus fortitudo, nec qui influxus corporum cœlestium in-
res sublunares, &c. sed quæ dona Christo homini data,
de quibus hic Psalmus agit, deq; his fusius Dn. Theologi. Hic
quæri identidem non incommodè poterat: An rectè LXX. &
Vulgatus cum his ipsis ex 2. v. faciant binos, & porro ex 6. & de-
midia parte septimi, alteraq; parte septimi cum octavo unum?
N. Hoc enim à ratione accentuationis vel patere debet. Neq;
enim 1. Accentus Athnach ullibi in S. Scriptura facit Passuck,
sed colon propriè notat s. interstitium aliquod, pausamque
majorem quandam, quales sunt, (:) & (;) Nec 2. duo
Athnach possunt esse in uno Pasuck seu versiculo regulariter ve-
rum plerunq; unum Athnach & unum Silluck paularum majo-
rum loco habebit. Nec duo Silluck possunt esse in uno vers. Hoc
ex Grammaticis constare debet. Quod si igitur secundùm
LXX. & Vulg. dimidia pars v. 2. ad 3. pertineret, Athnach ab-
solveret Pasuck, quod contra Ebræorum morem est. Siq; ex se-
ptimi priori versiculi dimidia parte & 6. toto unus sit, fit eadem
divulsio & inconvenientia statuenda; & tandem si ex septimi po-
stremâ parte & 8. unus Pasuck erit; 1. Silluck erit in medio Pa-
suck,

2. Duo Silluck erunt in uno Pasuck, quæ inconvenientia sunt secundum indolem lingvæ. Neq; putandum frustrâ tam accuratè à Spiritu Sancto observari ordinem, atq; consecutionem accentuum, ut quilibet versiculus uno ferè Athnach & unico Silluck regulariter constet ubiq; ; sed certo ordini & perspicuitati eosdem inservire potius ascendendum est.

v. 3. *עוּל לִוּם וּנְקִיִּים יוֹדֵת עוּ*, *Ex ore parvulorum & lactantium fundasti fortitudinem*) *Vulg. Osiand. & Tremell.* Ex ore infantium & lactantium. Paulò aliter paraphrasin Syriacam h. verborum *Matth. XXI. v. 16.* idem *Tremell. b. modo*: Ex ore puerorum & infantium, vertit, in nixus rectè latitudini vocum *לִוּם* & *עוּ*

V. Dn. Trost. p. m. in Lex. Syri. Cum Pagnini versione porrò, quam adduximus, consentit Arias Mont. Varab. ut & Tarn. *p. m. p. 15. com in Ps. VIII.* quorum hic vocem *לִוּם* & rectè, ita explicat, quod significet puerulos lactentibus majores, fari quidem incipientes, sed nondum exactè callentes, quiq; Græcis dicuntur *νήπιοι*, est enim hæc vox à Rad. inusitata *לִוּ*, quæ in Pihel usitata est *לִוּע*, denotans. *fecit, operatus est, confecit, q. dicas, puerulus activus jam jam.* *Conf. Buxt. Lex. & parall. locum ex Matth. XXI. supra adductum.* Hinc B. Lutherus. *Auß dem Munde der jungen Kinder vnd Seuglinge &c. & verba Matth. XXI. v. 16. h. modo exponit, Auß dem Munde der Unmündigen vnd Seuglinge.* Quod attinet postrema verba, sc. quæ Pagninus reddit: *fundasti fortitudinem*, ea itidem variè exponuntur. *LXX. κατήριον αἰνον. Vulg. & Osiand. Perfecisti laudem. Tremell. & Jun. in textu: fundatam disposuisti laudem,* (in notis ajunt, ita, accipi apud Ebræos robur post nomen gloriæ) Enimverò quid obstat, quo minus cum *Tarnov. Gesn. Pagnin. & Ar. Mont.* secundum literam etiam explicemus, ut sensus sit; *stabilem declarasti gloriam fortitudinis tuæ, eamq; confirmasti contra inimicos tuos? q. d. ea quæ mirabili modo agis in infantibus, quos omnium injuriis oportunos conservas, ostendunt & eloquuntur te esse eum, qui res humanas curet, ejus providentia omnia fiant ac regantur.* *Conf. Dn. D. Glasß. Rbet. 5. p. 43. Tremell. ita explicat: q. dicat David à tenuissimo illo vitæ humanæ exordio etiam in pusillis & recens, natis infantibus, usq; ad exitum hujus vitæ gloria Dei semper illustratur, Optimè megalander D. Lutherus: Auß dem Munde ecc. hastu*

B

eine

eine Macht zugerichtet. Quod vaticinium impletum esse Osiand. in
notis ad h. l. annotat.

v. 4: כִּי אֶרְאֶה אֶת שָׁמַיִךָ, cum video caelos tuos) LXX. ὅτι ὄψομαι
τοὺς οὐρανοὺς. Vulg. & Ar. Mont. quia videbo caelos tuos, consentit O-
sander. Hic oritur quaestio, unde vox שָׁמַיִךְ deriveetur & quid pro-
priè porro significet. Derivant hoc nomen nonnulli à שָׁמַיִךְ, & à
שָׁמַיִךְ, ab aquis, q. dicerent, ibi aqua; alij à שָׁמַיִךְ stupere, & שָׁמַיִךְ, quod
nimirum stupendo modo illic aqua hæreant suspensa, donec Dei nu-
tu demittantur. Alij porro Thalmudistæ imprimis, volunt שָׁמַיִךְ
esse ab שָׁמַיִךְ & שָׁמַיִךְ ab igne & aqua, q. verò cali aqua & igne consta-
rent. *Bobl. Profess. olim Rostoch. disp. 2.* pro formali significatione vocis
Th 22. inquit esse שָׁמַיִךְ, à Rad שָׁמַיִךְ, quæ ipsi, secundum formalem,
quam fingit significationem, notat, excelsum, erectum esse, dicitque
caelos שָׁמַיִךְ adeò vocari, ob altitudinem. Ac certum quidem apud
nos est (quicquid horum sit) in lingua Arabicâ occurrere radicem,
nempè שָׁמַיִךְ altum esse, quæ significat, *eminere, excellere* item: unde de-
prominus nos jure meritoq; hoc vocabulum. Jam quod significa-
tionem ejus spectat, notat שָׁמַיִךְ caelos, quandoq; verò etiam ipsum
Deum, apud *Rabb. impr. & Thalm. passim.*

וְעָשָׂה אֶת צַבְעֹתָיִךְ, Opus digitorum tuorum.) Consentunt omnes
Interpretes hic. Consideranda v. venit imprimis vox צַבְעֹתָיִךְ de qua
multum *Bobl. Tr.* de iis quæ Deo propriè competunt c. XI. & XII. & itè
disq. d. X. pro form. signif. vocis th 23. seq. Deo propriè digitos competere
asserit, vultq; quod hoc sit digitus Dei in quo Deus opus suum fecit &
perfecit. Nobis, missis, his verior arridet hæc sententia, nimirum, sim-
plicitatem hic esse observandam, dicendumque, Scripturam, quando
Deo digitos adscribit, loqui ἀνθρώπων παθῶς seu humano more, *Confer.*
Glaß. Rhet S. p. 113.

וְכֹכְבֵי יָרֵחַ, Lunam & stellas) Referunt quam plurimi hæc
verba ad hyperbolen, nempè per lunam intelligi Metaphoricè Eccle-
siam, per stellas Ecclesiæ veræ vera membra, imprimis verbi divini
administratores. Verum quid obstat, quo minus retineamus hic i-
pssimam significationem literalem, ut quando dicat David, cum a-
spicio caelos tuos opus digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu
Deus præparasti, justo exinde colligamus hanc fuisse sententiam Da-
vidis, quasi diceret; nota mihi est infinita tua potentia, bonitas &
maje-

majestas? Quærunt hic nonnulli etiam, cur lunæ & stellarum, non-
verò solis, magni Dei, haud parvi operis, facta sit mentio; voluntq;
per cælos metonymicè solem intelligendum esse; alii asserendum
opinantur pro שמש initio scriptum fuisse שמש, solem. Sed nulla
nos urget necessitas huc usq; progredi, cum principaliter Prophetam
considerasse putamus aspectum cælorum, non diurnum, sed noctur-
num, meditationi maximè aptum, interdum enim facile nec lunam,
nec stellas, sed solem unicè videmus, nocturno tempore verò non sol,
sed luna & stellæ in cælo apparent. Nihilominus aliàs stellarum no-
mine Viri illustres & celeberrimi veniunt, præfigurantur etiam hisce
Doctores Ecclesiæ, Vid. *Glass. Rhet. S. p. 225. seq.*

v. 5. מה אנוש ובו אדם, *Quid homo & filius hominis*) LXX. τί ἐστὶν ἀν-
θρώπος, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου. Propheta utitur nomine אנוש, quod de-
scendit à Rad. אנס ager fuit, quasi dicas, animal ærumnosum & ple-
num doloris. Vid. *Drus. in Prat. p. 332.* Postmodum quoque vocibus
אדם בני idem utitur Regius Psalter, ad indicandam similiter
abjectiorem hominis sortem. Usurpantur n. sæpius hæc vocabula
pro abjecto vel plebejo homine. Sic *Pf. 49 v. 3* opponuntur hæc vo-
bula: & vocibus בני אדם filij virorum vel magnatum, בני אדם, filij
ignobilium contra distinguuntur. B. Luth: Gemeine Mann vñ Herru &
rectissimè ad h. *Pf. 49.* nempe Vatab. in notis. *Etiam filij hominum, etiam
filij viri. Ebraismus est inquit, quo tam plebei, quam dignitate aliqua pollen-
tes, vel plebei & nobiles, sive filij magnatum significantur.* At enim vo-
lunt nonnulli quoque hæc verba ita explicare, *quid est homo, aut fi-
lius hominis,* verum nulla nos cogit evidentior necessitas, cur à pal-
maria particulæ Vau, quæ copulativa est, significatione h. l. receda-
mus. Concesso cæteroquin hoc, particulam hanc nonnunquam si-
gnare etiam *aut,* imò alicubi etiam alia suscipere significata v. gr. *cum*
significare, uti *1. Sam. XIV. v. 18.* ubi conf. potest Chaldaeus Paraphra-
stes, sic h. l. vertens בני אדם conf. *Job. XIX. 28.* alicubi *quam-
vis Malach. I. 2.* notante Bohlio in commentario Rabbinico ad h. l.
קרי ad h. l. per אדם vertit conf. *Drus. in Proverb. pag. 21. & ll. de li-
teis משה וכלב:*

v. 6. וחתרתו מעט מאלהים: *Siquidem desiere fecisti
eum paululum ab Angelis*) LXX. ἠλάττωσας αὐτὸν ὀλίγον παρ
ἀγγέλων. Vulg. & Osiand. minuisti eum paulò minus ab Angelis.
Tremell. & Jun. minorem fecisti eum paulisper Angelis, (cui inter-
preta-

pretationi, inhærere ut dexterrimæ possumus.) Arias vertit, & deficere facies eum paululum à Deo, sed minus commode hic; cum quo consentire tamen videtur *Drus. p. 332. l. 8 prater* inquiring: vox Ebræa ambigua est. Nam reddi potest, à DEO, Elohim enim & Deum & Angelos denotat. V. illum. Verum à nostris partibus stat *Ep. ad Ebræos cap. 11. 6.* sic sonans: ἡλάττωσας αὐτὸν βραχὺ τι παρ' αὐγῆ ἐλας fecisti eum paulisper inferiorem Angelis, concordat insuper quoque Paraphrasis Syriaca ejusdem *Epl. ad Ebræos* ⲙⲟⲩⲁⲗⲁⲛⲁⲛⲁ

ⲟⲩⲁⲗⲁⲛⲁⲛⲁ quæ verba Tremell. ita vertit: Depressisti eum paululum præ Angelis. Vid. *Glaß. l. 4. Gram. p. 660. item Rhetor. S. p. 214.*

v. 7. ⲃⲙⲉⲥⲏⲓ ⲓⲃⲏⲓ, *Operibus manuum tuarum.*) Ubi remittimus lectorem ad v. 4. ubi ferè eadem verba habentur.

ⲕⲗ ⲟⲩⲛⲓⲁ ⲡⲟⲥⲓⲩⲥⲏⲓ ⲥⲟⲩⲃⲏⲃⲏⲥ ⲉⲓⲩⲁⲥ. Satis sic heic iterùm nobis sequi sensum, quem litera textus præ se fert. Apage verò glossam, multùm ridiculam atque puerilem satis cujusdam Antonij, Episcopi Florentini, qui sic: *DEUS omnia subjicit pedibus ejus. i. e. Pontificis Romani; Oves, i. e. Christianos, boves, i. e. Judæos & Hæreticos, pecora campi i. e. paganos, pisces maris i. e. animas in purgatorio, volucres celi, h. e. animas beatorum.* Vid & *Conf. Sixt. Amam. Antibar. bib. in b. l. pag. 704.*

v. 8. & 9. Hi versiculi explicantur *cap. 2. v. 8. Epl. ad Ebr.* quod nimirum DEUS nihil omiserit, quod non subjecerit sub pedibus Messæ quod vocabulum *omnia* satis indicat.

Soli DEO sit Laus, Honor & Gloria!



Handwritten text on the spine of the book, including characters like 'd', 'f', 's', 'e', 'u', 'b', 'ni', 'cf'.


05 A 1533

ULB Halle 3
003 778 630


Handwritten text 'V17' in the bottom right corner.







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

36
1

O BREVIS
GICA

CTAVUM,

tente

DE

Excellentissimo,

SENNERTO,

essore Publico ceber-

& Promotore omni ob-

n suspiciendo,

TEBERGENSI,

co submittit

/ Kettinga

axo.

Collegio majori,

ilis.



Æ

ERI Acad. Typogr,

LVI.